

dit se ad omnia ista tria. Sic beata virgo sine
 latitudine virtutes omnes habuit. exercens eas
 in omnibus in quibus virtutes poterant exerceri.
 Et hoc est de quo gloriatur virgo sancta. eccles. xxiij
 Ego quasi terebinthus extendi ramos meos.
 illa. n. arbor pre ceteris arboribus diffundit ra-
 mos suos. Tertio stetit in altissimo virtu-
 tum sine pulcritudine. Nam in alijs hominibus
 virtutum conquiritur et impugnatione vicio-
 rum. ut dicitur tenet medium vicio-
 rum. sed beata virgo sine admixtione comar-
 tum. quia caruit
 fomite peccati unde vicia radicaliter oriuntur
 et ideo virtutes purissime habuit sine impul-
 su vicio-
 rum. hinc est etiam quod ipsa virgo virtutes
 suas delectabiliter exercebat. Sic enim dicit
 philosophus virtus habet se ad modum nature. unde sicut
 ignis naturaliter inclinatur ad actum calefacien-
 di. Sic homo virtuosus ad agere virtuose. vir-
 tutes enim cum acquiruntur et trahunt in habitum
 optime cum natura conveniunt et delectabiliter
 sedent in anima possessoris. Virtus enim ut dicit
 bernardus naturalis est. Septimo gloriosa
 ergo nunc et in eternum habitans in altissimo glori-
 ficatio-
 nis. Nec merito debent enim premia meri-
 tis correspondere ut quod in altissimis merito-
 rum stetit in via. stetit etiam in altissimis premio-
 rum. Et quod nulla lingua de hac eius gloria
 quicquam valet exprimere. ex quadam tamen quasi circum-
 locutione de hoc altissimo aliquid tepigamus
 Habuit enim in via tria singulariter
 mirabilia et mirabiliter singularia. quod omnidur-
 eum in patria singulariter mirabile et mira-
 biliter singulare gloria super omnes creatu-
 ras possidere. Decretum fuerunt virginea ma-
 temiras: divina filiationis: spiritualis passio. que
 mirabilia ita ei singulariter conveniunt. ut in
 his nec prima si lem visa est nec habere sequente
 Et his tribus mirabilibus singularibus. mirabi-
 liter singulares et singulariter mirabiles glo-
 rie in patria correspondent. Dicitur enim merito
 beata virgo per solem figuratur. quia sicut sol
 solus orbem illuminat. sic hec sola solidiori
 lumine et homines et angelos in celesti patria il-
 lustrat. ideo ut inaccessibili luce plucens sic
 virtutes spiritum habeat dignitatem ut in co-
 paratione virginis nec possint nec debeant
 apparere. ut sicut illucescente sole. nec luna
 lucere nec sidera appere videntur. sic maria

ad celum veniente: sidera celestium spiritum
 quasi non sint nec lucere nec appere viden-
 tur. Si ergo gloriosam dominam nostram vo-
 lumus magnifice honorare ipsam studeamus
 pro promotionis nostro modulo pro viribus
 imitari. sic enim ipsa hortatur nos dicit. Transi-
 te ad me omnes qui concupiscitis me et a ge-
 nerationibus meis implemi. ac si dicat Qui
 mihi placere cupiunt ad me transeant id est
 imitentur me et a generationibus meis id est
 bonis meis hic enumeratis implemini. quod
 si facere decreverim? studeamus vitam no-
 stram predictis septem bonis adornare non
 ut eadem intanta altitudine quod nobis est
 impossibile consequamur. sed ut similitudinem
 eorum id est infima eorum adipiscamur.
 ut saltem infimum puritatis gratie merito-
 rum passionum consolationum virtutum et
 tandem glorie habeamus quod et cetera

LXXIII

De sancto bernardo.

Quasi stella ma-
 ior in medio nebule et quasi luna
 plena in diebus suis lucet. et quasi
 si sol refulgens sic ille refulsit in templo dei
 Eccles. l. di greg. Quibusdam gradibus ad alti-
 ora incrementa virtutum pervenimus? nec est repete-
 fir sumus? sed a bona conversione vitia deserens
 a minoribus quasi inchoat ut ad magna perveni-
 at. **I**n verbis ergo propolitis licet
 simeon onie filius sacerdotis magnus qua-
 rum ad litteralem intelligentiam commendat-
 tur. nil tamen refert si ea ad beatissimi patris
 nostri bernardi commendationem accommodantes
 vitam eius gloriosam per ipsam spiritualiter in-
 tellecta declaramus. Si enim in predictis ver-
 bis magnus ille sacerdos veraciter comen-
 datur. quanto magis venerabilis pater nos-
 ter quod vita et doctrina gloriosus valde effectus
 est in eisdem verbis poterit commendari. maxime quod
 per tria illa luna. scilicet stella luna. sole. triplex sta-
 tus vite sue. scilicet principium medium et finis. proprie
 sime et convenientissime declaratur. ita ut singu-
 la luna ad statum singulos referamur. Stella ad
 principium conversionis. luna ad medium progressus
 solis. sole ad statum perfectionis proprie correspondentes
 ut sic per hec tria luna tota vita venerabilis

patris nostri a primordio puerionis incho-
 ara et usque ad finem perfectiois consummata plenif-
 sime comedet per proprietates luminum status
 singulos exponentes. **P**rimo ergo a primo lue-
 stella viciniam inchoantes dicimus quod stella tres
 habet proprietates quae virtute beatum patrem non conuer-
 sionis sue primordio dedicant. Est enim stella ex-
 ratiu directiva discordantiu reconciliativa fe-
 cundantiu germinativa. **C**ompatitur g. principiu
 conuersiois patris nostri berni stelle propter errantiu
 directio. **E**t sicut stella nocte itinerantes vel
 ena in mari nauigantes ne a via recta deuiet
 et obertent regit et gubernat sic patrem non in pri-
 mordio puerionis sue sensus suos exteriores
 ex corrupta natura vagos et erroneos a va-
 nis cohibuit et eos ad dominum dirigebat legif-
 em numeri xv. dominus precipiente. **N**on sequaris
 oculos per res varias fornicantes per oculos omnes
 sensus volens intelligi quod ut i. re. dicitur hic atque
 illuc vagantur incerti et quod in scriptura lege-
 bat hoc ope efficaciter adimplebat et quod ope
 faciebat hoc postea alios docebat dicens. **P**ri-
 ma virtus est habitus corporis ut homino modo
 se habeat et nil sit quod possit offendere intuen-
 tes. **E**t quod fecit postea docuit dicens. **H**omo
 dei sensus suos exteriores non duces
 sed fientes ut dicat huic veni et veniat et al-
 teri vade et vadat et alij fac hoc et absque iudi-
 cio faciat. **S**ecundo patrem non berni assilatae stelle
 propter discordantiu reconciliatio. ut sicut stel-
 la per efficaciam virtutis sue elementa discordan-
 tia ut se copiantur reconciliat sic ipse corpus
 et anima quae ut ait apostolus aduersum se mutuo con-
 cupiscunt studuit in bonum efficaciter conuer-
 dare corpus tanquam mancipium spiritui sub-
 sternendo nec solum hoc de corpore et anima fecit sed
 etiam affectus interiores qui frequenter disse-
 tiunt concordavit ut quod ratio bonum iudica-
 uerat voluntas voluerit et memoria amplecte-
 retur quod per omnia in homine placet deo. **N**am de
 corporis et spiritu consensu dicitur **E**ccl. xv. **I**n
 tribus beneplacitum est spiritui meo quae sunt probata
 coram deo et hominibus quorum unum est vir et mulier
 bonum consentientes quod de corpore et spiritu intelli-
 gitur. **D**e quibus. **I**. corpore et spiritu dicitur veritas mar-
 xxvii. **S**i duo consenserint omne quod penerit
 fiet eis a patre meo. hic apostolus i. **C**or. i. **O**b-
 secro vos pres per nomen domini nostri iesu christi ut id

ipsum dicatis omnes et non sint in vobis scisma-
 ta. quod ut dicitur **E**ccl. **U**nus orans et unus male-
 dicens cuius vox exaudit dominus. hinc bernus quod
 fecit docuit dicens docendus est non homo in
 carne et spiritu (qui inuicem iugiter aduersum se co-
 cupiscunt) iustum rationis et discretiois habere iudicium
 nec aliquid accipere personam docendumque est spiritus cor-
 pus suum habere sicut egyptus comedat cui ena
 multum volenti inuulsa sunt negada. **U**tilia
 vero ena nolent vltro ingerenda sic de eo age-
 re sicut de non suo sed eius ad eum sumus
 pro magno nec dubium quin prius fecerit
 quod docebat. **T**ercio principiu vi-
 te patris nostri assilatae stelle propter germinantiu
 fecunditate. quod sicut virtus constellationem in
 fundit radicibus et plantis ut germinet et fecit
 dent sic corpore et anima reconciliatis sensibus et
 affectibus in unum coadunatis cepit pater san-
 ctus virtutes et opera meritoria efficacissime
 germinare. **N**am ante tale sensum in deum ordi-
 nationem et affectuum reconciliatorem si quid fa-
 cimus de genere boni non tamen erit meritorum
 apud deum fecundatio et germinatio solum surgit
 postquam sensus et affectus ad deum fuerint ordi-
 nati. quod ex his bonum ad deum ordinatis deus ab-
 lectus ad animam veniet ex cuius plenitudine tota vita
 hominis germinat in salutem. ut de huiusmodi
 dicere possumus illud i. **R**e. xiiij. **N**on est quod
 quod ex eo quod non germinet et illud pro. **F**olium
 eius non defluet et omnia quecumque faciet prospera
 bunt et sic patrem non pater noster bernus propter pri-
 cipia conuersionis stelle compatitur. **E**t sciendum
 quod non stelle simpliciter sed stelle matutine in
 medio nebule lucetis assilatur. quod duo conuer-
 sionem patris nostri non mediocriter recomen-
 dat. **N**am matutine additur propter maturam con-
 uersionem nobile vero propter prauorum puer-
 sarum hoc est quod mature inchoavit et in medio
 nationis praeue et peruersae conuersiois suam sancte
 et munde conseruauit. **N**am de patre dicitur **T**renor
 iij. **B**onum est viro si portauerit iugum ab ado-
 lescencia sua. **D**e secundo dicit greg. **N**on valde
 laudabile est bonum esse cum bonis sed bo-
 num esse cum malis. sicut enim grauioris culpe
 est inter bonos bonum non esse sic immensi
 preconi est bonum inter malos esse. **S**equitur
 secundum principale scilicet quae
 si luna plena in diebus suis lucet. **I**n quibus

verbis venerabilis pater a medio statu vi-
 te sue mirifice comendat. Describit autem a luna
 non quilibet non corniculata nec diminuta sed
 asperica et rotunda quasi a luna plena et perfecta
 propter tres eius proprietates scilicet propter copiosam
 illuminationem virtuosam in operationem fructu-
 osam conuersationem. **P**rimo dico comparat lune ple-
 ne propter copiosam illuminationem quod omnis noctis te-
 nebras illuminat. lucens a noctis principio us-
 que in fine quod in nulla alia forma facit unde
 semiplena in crescendo primam partem noctis
 et ite semiplena in descrescendo ultimam partem
 noctis illuminat sed plena tota. Sic pater noster
 tam copiosum lumen gratie accepit a sole deo
 ut vire sine omnes tenebras propulsaret nullas
 in eo tenebras derelinquens. **S**unt autem tenebre
 peccatorum ignorantie bonorum et defectuum no-
 strorum. **N**am de primis tenebris dicit in psalmo. **T**ri-
 mor et tremor veniunt super me et comprehende-
 runt me tenebre de secundis tenebris ignora-
 tie idem dicit. **D**eus meus illuminat tenebras me-
 as idem. **N**esciunt neque intelligunt qui in tenebris
 ambulat. **D**e tertijs dicit iob. **I**n calle meo
 tenebras posuit et ite. **I**n tenebris sita-
 ui lectulum meum. **H**as omnes tenebras lumen
 gratie in vita beati viri plenissime dissipa-
 uit et eorum contraria infundebat. **E**xpulit
 enim tenebras peccatorum infundens puram inno-
 centiam tenebras ignorantie bonorum docens
 dei scientiam. tenebras defectuum nostrorum dans
 irreprehensibilem scientiam. **M**ax de sua inno-
 centia ite ipse dicit. **Q**uod ipse deus mihi non
 imputare decreuit sic est quasi non fuerit. **D**e-
 ius dei scientia ipse fateatur quod inter quere-
 re et fagos orando meditando et contem-
 plando didicerit unde confessus est quod sibi meditati et orati to-
 ta sacra scriptura exposita est. **E**t tunc hoc per
 quod ita nullum habuit defectum se retardantem
 quod ex nimio fervore qui modum et vires excessit
 datus est in obedientiam malicie. **E**pi qui eum
 per frenum obedientie a tali et a tanto impetu
 cobiberet. **S**ecundo comparat venerabilis pater
 noster lune plene propter virtuosam operationem
Max ut dicitur a sironi quod luna plena per ocula na-
 ture spiramina augmetat et multiplicat omnia
 humida et quod fit quod medulle in ossibus et cerebrum
 in capibus humanos in cordibus san-
 guis in venis aqua in mari cum fontibus et

fluminibus in plenilunio augmentantur et in-
 minutione sine decrescentia lune sicut minuuntur
Sic cum deus diuina sua gratia hominem vi-
 sitat ex plenitudine visitantis gratie omnia
 interiora hominis consolatione et gratia re-
 plebuntur cum vero subtracta fuerint omnia
 excruciantur. **Q**uod autem patri nostro bernardus hoc vi-
 cissitudo frequenter acciderit in multis scri-
 ptis ipse testatur dicit super cantica. **R**evertere
 viuum et efficax est verbum mori ut in te ve-
 nit ex parte fecit dormitantem animam meam ce-
 pit euellere destruere edificare plantare ar-
 da rigare tenebrosa illuminare clausa refare
 frigida inflammare ita ut ex redundantia gra-
 tiae benediceret anima mea dominus et hoc ex ple-
 lunio et sequitur statim. **V**erum hoc omnia post
 quod accesserit verbum quodam illicito languore
 torpentia iacere incipiunt ac si a cacubo bul-
 lienti subtraxeris ignem et hoc signum absces-
 sionis eius ac si dicat hoc signum est diminu-
 tionis lune. **E**t quia venerabilis pater frequen-
 tius fuit in gratie visitatione quam in eius sub-
 tractione ideo plenilunio in proposito the-
 mate comparatur hinc iterum dicit. **C**urrebam
 bene ecce plenilunium et statim sequitur ec-
 ce lapis offensiois in via quid aliud nisi lu-
 na est diminuta hanc mutabilitatem decla-
 rat gregori dicit. **P**ostquam deus hominem visitat
 subito hominem probat quia accedendo cor-
 da ad virtutes prouebit et recedendo concu-
 ti temptatione permittit. **T**ercio pater iste
 venerabilis lune comparatur propter opposi-
 tam stationem. **L**una enim cum plena fue-
 rit statim opposita contra solem et ideo etiam to-
 ta a sole illuminatur. **S**ic pater noster in me-
 dio statu suo plena facie ad dominum se conuer-
 tit et idcirco totus etiam meruit a domino il-
 luminari quam pueritiones plenae pauca do-
 mino exhibent sed quasi omnes claudicamus
 nec petrus adhuc ad plenum conuersus ex-
 titit cum ei dominus dixerat mat. **E**t tu aliquan-
 do conuersus confirma fratres tuos. **V**ni sin-
 gulis nobis dicit deus illud. **E**sa. **S**i con-
 uerteris israel puertere. **Q**uod exponit ber-
 nardus hoc est perfecte pueritionis culmen appropinquat
Nam plena et perfecta conuersio tantum estimatur
 ut in ea humane vite perfectio statuatur quod autem
 perfectam conuersionem dicimus quando

homo totus ex omni quod est quod potest. quod scilicet ad dominum se conuertit. hoc est quam ad omnem cogitationem. intentionem. dilectionem. operationem. deuotionem. affectionem. conuertimus ad deum. et toto conamine auertimus hinc a mundo. unde pater noster qui hanc conuersionem plenam in se habuit ipsam declarat sic dicens quod facta eorum quod retro sunt obliuio et perfectio in anteriora extentio. ipsa est hominis iusti in hac vita perfectio et sic pater ex quibus causis pater noster beatus. plene lune assimilatur et comparatur.

¶ Sequitur tertium principale scilicet quasi sol resurgens. In quo verbo venerabilis pater noster non a principio non a medio sed a fine summationis et a plena perfectione vite sue convenientissime commendatur. Comparatur autem soli propter tres proprietates. habet enim sol illuminare. occulta manifestare et generare. de primo dicit plato in thymeo. Ingeminauit deus rerum conditor lucem clarissimam quam solem vocamus. cuius splendore celum superius et omnia inferius illustrantur. de secundo dicitur in naturis rerum. quod sol habet virtutes discretiuam. Nam colores et rerum species et figure que in tenebris sunt ignote. per presentiam solaris luminis cognoscuntur et ab invicem discernuntur. de tercio dicit philosophus homo generat hominem et sol. nihil enim nascitur et generatur nisi per virtutem solis adiuuetur. Sic venerabilis pater omnem hominem ad se uenientem illuminauit et edificauit per sanctissime vite conuersionem. occulta manifestauit per librorum compilationem. in quibus occulta spiritualium bonorum et spiritus sancti. quam in occultis agit dispensationem pre omnibus doctoribus denudauit. de quibus oculis ipse dicit beatus quod in occulto percipit uenas sulfuris eius. Multos etiam generauit per predicationem. nam in christo iesu per euangelium multos ipse genuit. Et sic patet ordo. quia in primo statu per conuersionem sic in medio statu per imitationem lune perfectus iam in se factus in ultimo statu. soli assimilatus ad edificandum proximum se conuertit. per iesum christum dominum nostrum.

LXXIII

De eodem sermo secundus

O mne preciosum vidit oculus eius et profunda fluuiorum scrutatus est et abscondita produxit in lucem. iob. xvij. di. greg. In sacra scriptura videte eligere dicitur sicut in euangelio scriptum est cum esset sub ficu vidi te. id est positum te sub umbra legis elegi. sicut preciosum id est quod perfectum. nihil enim in humanis rebus preciosius est perfectione per oculum autem ut ait beatus. intellectus accipit sicut enim dicitur. Oculum meum intelligentia mea. Est itaque sensus beati beatus. intelligentia eligit omnem perfectionem. **¶** In quibus verbis cum sequentibus a triplici prerogativa sublimiter et mirifice commendatur scilicet a uite operosa perfectione. sacre scripture per sensus mysticos studiosa elucidatione. fideliter et fructuosa predicatione. Ista tria sunt nobiliora bona. que homo sanctus consequi poterit in hac vita. primum propter se. secundum propter deum. tertium propter proximum est misericorditer consecutus. primum ibi. omne preciosum vidit oculus eius. secundum ibi. profunda fluuiorum scrutatus est. tertium ibi. abscondita produxit in lucem. **¶** Autem in hoc thymate predicta tria preconia congrue designentur per auctoritates sacre scripture lucide declaratur. Et primo de i. dicitur. Jere. xv. Si sepe rueris preciosum a vili. quasi os meum eris quod exponit greg. di. Utilis est mundus presens. anima preciosa. qui ergo preciosum. id est animam a vili id est a mundo perfecte et plene sepe rat. ille per omnia est perfectus et talis erit deo familiaris. sicut nos ori nostro familiares sumus quia semper ei delectabilia ministramus. de. ij. iterum dicit greg. quod hec flumina nisi antiquorum patrum dicta nunc cupantur. et subiungit. Quis enim pensare sufficiat quam vellemus fluuius dum legem condere ex pectore et ore moysi erupit. quam vellemus fluuius ex ore dauid defluxit. quam ex salomonis ore et omnium prophetarum flumina manant. hec ergo flumina et maxime salomonis cantica canticorum quam profunde scrutatus est venerabilis pater beatus. cum per mysticos sensus tam gloriosas inias a deformi litera exhauserit. Unde gre. de se et alijs sacre scripture expositoribus dicit. Nos qui veniente domino